Vigore quarum litterarum concessa fuit infrascripta dispensatio. Ioannes Baptista Domino Reuerendo Martino Dobrouitio salutem. Significasti nobis, quod cum in partibus Croatiae degas, te non rarus populi accursus, ut censurarum constrictum uinculis ab eisdem solueres et a casibus reseruatis absoluveres, precibus sollicitat. Verum quia tanta non es fultus Autoritate, humiliter nobis supplicari fecisti, ut facultatem tibi, qua libere et leuiter, ubicunque tulerit occasio, fungi in praedicta a censuris et casibus reseruatis absolutione possis ac ualeas, Apostolica Autoritate tibi concedere dignaremur. Nos igitur, quibus maxime cordi est, ut errantes ad Ecclesiae piae omnium matris gremium reducantur, ac inprimis de tua uitae morumque honestate ac litterarum scientia edocti, autoritate a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Papa V. per litteras Illustrissimi Cardinalis Burghesii nobis specialiter delegata, tibi, ut ueros omnes contritos et poenitentes, qui ad te pro Sacramentali absolutione recursum habuerint, a quibuscunque Censuris quommodolibet incursis et Casibus Ordinario reseruatis iniuncta prius poenitentibus pro modo culpae salutari poenitentia aliisque iuxta delictorum qualitatem et exigentiam iniugendis satisfactionibus absoluere in foro conscientiae tantum possis ac ualeas, tenore praesentium facultatum concedimus et elargimur.

Vt autem fides indubia habeatur, praesentes manu nostra subscriptas et solita sigilli munitas appressione dari misimus. Datum Graecii 4. octobris Anni 1609. in aedibus solitae nostrae habitationis. (Archivium Secretum Vaticanum: Liber Lit. B. Legitimationum et aliarum Gratiarum. Saluago Graecii ab anno 1607. usque 1610. — *2.*, 1607—1610, Saluago, Dispense Matr. e altre grazie f. *32, 33.* Archivum nuntiaturae Viennensis).

Ibidem f. 74v leguntur haec: »Nota illorum, quibus concessa est facultas absoluendi ab Haeresi... Domino Martino Dobrouitio«.

## Simeon Vratanja (Vretanjić), primus episcopus Marčensis, Romam profiscitur et communionem cum Sede Apostolica amplectitur.

**Graecii** an. *1611. 12.* Septembris. Litterae commendaticiae nuntii Apostolici Petri Antonii de Ponte, quibus, commendat Simeonem Vretanić, electum et consecratum episcopum, qui Graecio Romam proficiscitur, ut »Sanctae Romanae Ecclesiae eiusque Summi Pontificus Christi in terris uicarii ac sanctorum apostolorum Petri et Pauli successoris, obedientiae se dedat uoueatque ac eiusdem Sanctae Sedis Apostolicae unitatem et culmen agnoscat.«

Dominus Petrus Antonius et c. uniuersis et singulis salutem. Ut iis, qui Christi ac eius catholicae ecclesiae fidem agnoscere et tueri student omni pietatis zelo praesto simus delegati nobis mune-

ris ac alia quacunque ratio postulat. Cum igitur Reuerendissimus Dominus Simeon Vretanic, episcopus electus et consecratus hinc Romam proficiscatur, ut Sanctae Romanae Ecclesiae eiusque Summi Pontificis Christi in terris uicarii ac s. apostolorum Petri et Pauli successoris, obedientiae se dedat uoueatque ac eiusdem Sanctae Sedis Apostolica unitatem et culmen agnoscat, nos quibus possumus studiis et priuilegiis sanctum eius propositum prosequentes eundem cunctis Christi fidelibus plurimum in Domino commendamus, ac praecipue quibuscunque Reuerendissimis Dominis D. episcopis, praepositis, decanis, archidiaconis aliisque personis ecclesiasticis, cuiuscunque gradus et conditionis sint, intra fines nostrae legationis existentibus praecipimus, ut ipsum in eorum ecclesiis inter missarum solemnia fidelibus populi summopere commendent illud recollentes, quam dignos diuina retributione reddat eos misericors Dominus, qui operam atque munificentiae obsequia in hospitibus colligendis fouendisque praestant. In quorum fidem et c. Datum Graecii die XII. Septembris 1611.

(Archivium secr. Vat.-Archivium Nuntiaturae Viennensis: »Lettere di Monsignore Nunzio Pietro Antonio de Ponte, Vescouo di Troia 1611—1613).

**Romae** 1611. 15. Novembris. Epistola Pauli Papae V. ad Ferdinandum, archiducem Austriae, de »fratre Simeone Vratanja (Vretanjić), Rascianae gentis per Hungariae, Sclauoniae et Croatiae fines episcopo«.

Dilecto filio, Nobili uiro Ferdinando Archiduci Austriae. Paulus Papa Quintus.

Dilecte fili, Nobilis uir, salutem et Apostolicam benedictionem. Dedimus ea signa nostrae charitatis uenerabili fratri Simeoni, Rascianae gentis per Hungariam, Sclauoniae et Croatiae fines Episcopo, quae ex ipso Nobilitas Tua intelligere poterit, cum quia nobis eum tam amanter commendaueras, tum quia pium ac zelosum Dei seruum esse agnosciamus ac multa insuper ab aliis de uirtute ac probitate illius accepimus. Itaque non solum laudamus officium humanitatis uel potius pietatis, quo illum apud nos prosecutus es, sed praeterea nos quoque, cum reuersurus esset ad uos cum benedictione nostra, ipsum ouiculasque ipsius, spirituales eius filios, qui sub tuum praesidium confugerunt, Nobilitati tuae summopere recommendamus, vt experimento benignitatis tuae tanto magis confirmentur in ea fiducia, qua se in fidem et tutelam tuam contulerunt tibique additiores,fidelioresque quotidie euadant, sicuti profitentur, et catholicae religionis atque orthodoxae fidei studio ac zelo acrius

inflamentur ad Dei gloriam et ecclesiae sanctae exaltationem. Et Nobilitati Tuae peramanter benedicimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris 17. Cal. Decembris 1611. Pontificatus Nostri anno Septimo. Petrus Strozza.

(Archivium secr. Vaticanum Arm. XLV, 7, fol. 82 — Pauli Papae Quinti Epistolae ad Principes, uiros et alios, anno pontificatus sui VII. Pietro Strozza Segregatio, Epistola CCIII.).

**Romae** an. 1611. 21. Novembris. Simeon Vratanja (Vretanjić), ellectus et consecratus episcopus Rascianorum graeci ritus, Paulum V. Pontificem rogat, ut monasterium Marchense »intituletur sub nomine abbatiae utque ei concedat privilegia et det terras circa monasterium proximas«.

† Per tot in Hungaria bellorum discrimina, Beatissime Pater, Rasciani graecum tenentes ritum e Turcarum elapsi tyranide tandem maior eorum pars in Sclauonia sua fixerunt domicilia, inter quos ego in locis desertis Montis Mattchae in praefata Sclauonia sub Zagrabiensi dioecesi etiam ad honorem diuinae Maiestatis sub Sanctissimi Michaelis Archangeli nomine templum et exiguum monasterium aedificare mea paupertate coepi, ubi antea etiam ecclesia Omnium Sanctorum erat, nunc uero ob Turcarum crudelitatem penitus diruta ac desolata. Quare, Beatissime Pater, obnixe rogo, ut gratiose dignetur istud monasterium intitulari sub nomine Abbatiae eique ea concedere priuilegia, quae et aliis Abbatiis praestari solent, atque insuper ut terras illas circa monasterium proximas adhuc incultas et in loca deserta redactas, arte et labore meorum, cum excultae fuerint, possint praefati monasterii religiosi pro se retinere ad uictum suum necessarium, siquidem illae eaedem terrae spectabant olim ad ecclesiam Omnium Sanctorum.

In tergo: »Sanctissimo Domino, Domino Nostro, pro Simeone Vretania, Rascianae gentis per Hungariae, Sclauoniae et Croatiae fines pastore.«

»Al Cobeluzzi, che si spedisca per Breue.« (Archivium secret. Vaticanum dei Brevi vol. 473. fol. 389.).

**Romae** 1611. 21. Novembris. Simeonis Vretanić, episcopi Rascianorum, secunda petitio ad Paulum V. pro concedendo titulo abbatiae et pro dandis terris monasterio Marchensi.

Reuerendissimus Dominus Episcopus Simeon, cum ritum graecum teneat et eiusdem ritus numerosum populum suae curae subiectum habeat, cupit, ut in loco, ubi monasterium Ordinis Sancti Basilii una cum templo ad honorem Sancti Michaelis Archangeli coepit aedificare tam

ipse, quam sui succesores Abbatis titulum obtinere possit. Quod ipsi Sua Beatitudo iam annuit.

Hoc autem monasterium est in locis desertis Montis Marzae in Sclauonia sub dioecesi Zagrabiensi. Itaque cupit hoc monasterium titulo Abbatiae priuilegiari et nobilitari, prout et reliquae Abbatiae nobilitantur. Et quia, ubi nunc hoc monasterium est, fuit quondam ecclesia Omnium Sanctorum, ad quam ecclesiam aliquae terrae (quae nunc per Turcarum tyranidem desertae sunt) spectabant, quas terras tanquam proximas monasterio vellet a Sua Beatudine monasterio praedicto conferri, ut ipsius monasterii religiosi ipsas excollerent et excultas pro usu possint reseruare.

In tergo: »Errectio monasterii ordinis Sancti Basilii seu..... diruti monasterii eiusdem ordinis. Memoriale pro titulo Abbatiae. — Die 18. Novembris 1611. Sanctissimus mandauit expediri errectionem monasterii et collationem seu commendam pro oratore tantum.

Memoriale pro titulo Abbatiae Reuerendissimi Domini Simeonis Vretaniae, Rascianae gentis per Sclauoniae, Crouiatiae et Hungariae fines Episcopi.« (Archivium secret. Vaticanum dei Breui, vol. 473, f. 391. 392.).

**Romae** 1611. 21. Novembris. Breve Pauli V.,[5] quo monasterium Marčense canonice erigitur, erectumque catholico Rascianorum episcopo Simeoni Vretanić in commendam conceditur, subscripsit Pontifex manu propria: »Expediatur, Paulus Quintus«, quod significat Breve magnae gravitatis fuisse. Commentarius Brevis invenitur in Arhivio Secreto Vaticano dei Brevi vol. 473. p. 387. 388. In margine inveniuntur multae correctiones textus. Ita verbis: »nomine venerabilis fratris Simeonis episcopi« additum est: »Rascianorum catholicorum ritus graeci intra Vngariae, Sclauoniae et Croatiae fines et in extremis Carniolae partibus consistentium«, quibus verbis describitur territorium iurisdictionis novi episcopatus. Marča vocatur »Mattcha«. Verbis: »in fide catholicae ecclesiae« additum est: »et unione in ritu graeco«.

**Romae** 1611. 12. Decembris. Secretarius Confaloniero certiorem facit Petrum Antonium de Ponte, nuntium Apostolicum Germaniae Graecii, Romam venisse in societate Martini Dubravić, parochi Ivanićensis, Simeonem Vratanja, ut se conciliaret cum ecclesia catholica. Brevia pro episcopatu Marčensi subito expedientur.

Sono comparsi quà Simeone Vretania Scismatico, consecrato Vescouo, come Vostra Signoria dice dall' Arciuescouo di Bulgaria pur Scismatico et insieme con esso lui è uenuto il Pieuano cattolico

[5] Breve publicavit Nilles (Symbolae II, p. 1058, 1059), sed fontem *non indicavit.*

di quei confini et l' uno et l' altro sono uenuti accompagnati con lettere Sue delli X. di settembre, et il testimonio ch'ella fa del desiderio del primo di conciliarsi alla nostra Santa Chiesa cattolica et della bontà et sufficienza dell' altro, ha giuoato un poco a tutti due, si che si haueranno per raccomandati quanto si conuiene et già si e incaminata la speditione del Vescouo per rimandarlo quanto prima alla sua Chiesa, e Dio la prosperi sempre. Di Roma il 12. di Nouembre 1611.

In tergo: »Pietro Antonio da Ponte, Vesc. di Troia.

(Lettera scritta dal Secretario Confaloniero al Vescouo di Troia, Nuntio a Gratz, Archiv. Seg. Vat. Nuntiatura Germaniae v. 22. f. 207v.).

**Romae** an. 1629. d. 20. Aprilis. Litterae Urbani VIII. PP. quibus Simeonem Vratanja, episcopum Marčensem, per Ruthenum calugerum Ordinis Sancti Basilii Magni Methodium Terlecki, delegatum metropolitae Russiae Velamini Rutski apud Sanctam Sedem, salutat tanquam amicissimum fratrem propter constantem communionem cum Sede Apostolica.

Simoni Episcopo Vallachorum Montis Feletrii.

Pater Methodius, Monachus Sancti Basilii, Ruthenus unitus, qui ut Metropolitae Russiae nomine Sacra Apostolica limina uisitaret, ad Urbem uenit plura nobis de Amplituidinis Tuae erga Sanctam hanc Sedem Apostolicam obedietia ac deuotione retulit, quibus non mediocriter letati sumus sperantes te in eisdem usque ad extremum uitae spiritum constanter permansurum curaturumque, ut subiecti curationi Tuae populi exemplum Tuum sequentes ueram et catholicam in eiusdem Sedis obedientia fidem teneant ac profiteantur. Idem praeterea Pater Methodius nos Tuo nomine peramanter salutauit, quod humanitatis officium libentissime suscepimus ac in eo Tuam erga nos beneuolentiam agnoscentes eidem Patri iniunximus, ut istuc rediens nostro nomine Te charissime salutet ac amantissime amplectatur Tuamque Amplitudinem humanitatis, charitatis et amoris erga Te nostri ostensione certissimum reddat nos peculiari ac sincera prosequi dilectione et cuncta prospera a Christo Domino Tibi populisque iurisdictioni Tuae subiectis percupere.

Deus Optimus Maximus Amplitudinem Tuam diu seruet incolumem et donis gratiae suae cumulare dignetur. Romae die 20. Aprilis 1629. (Romae, Arch. S. Congreg. de Prop. f., Lettere Latine della S. Congregatione dall' anno 1622. al 1623, vol. I. fol. 207.).

## De episcopatu »Montis Feletrii«.

**Romae** 1625. 1. Novembris. Congregatio De Propaganda fide nuntio Apostolico Vienensi Carlo Caraffa mandat,[6] ut quam primum sit visitatio populi Montis Feletrii per unum illiricum sacerdotem et ut expellantur sacerdotes, qui in illam regionem missi sunt a patriarcha Constatinopolitano.

A Monsignor Nuntio in Germania. Mando a Vostra Signoria l' incluso memoriale interno al popolo di Monte Feletrio di Croatia, acciochè tratti coll' Imperatore e procuri con il braccio et aiuto di Sua Maiestà Cesarea di far uisitar il detto popolo da persona idonea e di lingua illirica, la quale trouando esser uero, che alla cura di quello siano stati mandati dal Patriarca di Constatinopoli Parochi Greci, dourà ordinar, che subito siano cacciati et in luogo loro postiui de Curati catolici. Della Visita Vostra Signoria manderà a suo tempo copia alla Sacra Congregatione. E per fine et c. Roma il primo nouembre 1625. (Archivum Sacrae Congregationis De Propaganda Fide, Lettere Volgari dell' anno 1625. vol. 4. f. 180).

**Tergestis** 1625. 10. Decembris. Renaldi, episcopi Tergestini, relatio de Valachis data ad Nuntium Apostolicum Viennensem Carolum Caraffa.

Illustrissimo et Reverendissimo Signore, mio Generosissimo et padrone Colendissimo!

L' informatione, che Vostra Signoria Illustrissima desidera da me sopra la lettera riceuuta dalla Sacra Congregatione de Propaganda fide, per il memoriale essibitoli nel particolare de quei popoli fuggiti dalli Paesi del Turco et ricourati (ricouerati) nelli stati della Maiestà dell' Imperatore, sarà che sormontano di gran lunga il numero di 20.000 et sono dispersi nelle Prouincie di Croatia e Sclauonia tra li Confini di Iuaniz e Copraniz et passano per tutta la Turcopoglia[7] et Metlica distendendosi sino a Carlostott et più oltre.

Questi sono Valacchi et Morlacchi et uiuono col ritto Greco tenendo anco Sacerdoti dell' istesso ritto, gente molto superstitiosa, ma per quanto io ho esperimentato assai docile, perchè stimo, che con non molta difficoltà, quando s' abbracci con

---

[6] Carlo Caraffa, episcopus Aversa, nuntius Apostol. Viennensis ab 17. IV. 1621—1629. (Biaudiet—Karttumen, Les Nonciatures Apostoliques permanentes).

[7] Si sub hoc nomine Turopolje in comitatum Zagrabiensi intelligitur, tunc dicendum est Uscocos nunquam hanc regionem inhabitasse. Forsitan Renaldus prae oculis habet Mrzlopolje, antiquissimam coloniam Uscocorum.

spirito il negotio proposto dalla Sacra Congregatione, che si riuniranno alla fede nostra Cattolica.

Possia che essendo già anni, conuertito uno di loro e fattosi sacerdote di nome chiamato Martino Dobrouitio, fece egli profitto tale, che ne ridusse al buon lume molte migliaia e liberò centara d' obssessi essendo colà mandato dalla Maiestà Cesarea et prouisionato, — non ui essendo sacerdoti nostri in quei Paesi ne potendouisi così facilmente prouedere per il mancamento in quei contorni — dal quale era così amato, che ne faceua molta stima di lui essendo tenuto da tutti uero huomo Apostolico. E se di questo Vostra Signoria Illustrissima ne parlerà con la Maiestà Sua, son certo, che di lui ne tenerà fresca memoria.

Se li loro sacerdoti siano mandati dal Patriarca di Constantinopoli, questo non lo posso affermatiuamente dire a Vostra Signoria Illustrissima, perchè meno l' ho potuto intendere, — basta bene, che da buona congiettura si può credere, poichè uenendo soggeti tali non si può se non dire, che siano mandati et confirmati da Prelato Greco, et tanto più, quanto che gl' ordinarii circonuicini non s' ingeriscono in loro essendo della Diocesi di Monsignore Patriarca d' Aquileia, delli quali non s' ha curato, come se fossero nullius Diocesis.

Per mio parere direi, che il commettere la carica della uisita a Monsignore Vescouo di Zagabria iui uicino, sarebbe cosa molto buona, ma non però senza l' aggiuto di feruorati religiosi, che perciò stimerei, che si potesse ricercare il Padre Generale della Compagnia di Gesù, acciò commetesse a Padri uicini di quelle Prouincie e che intendono il linguaggio loro, che non solo aggiustassero, ma anco predicassero e facessero ogni uffcio necessario. E stimo anco, che nella Prouincia della Stiria si trouariano delli Capucini assai idonei a questo proposito.

Se ui s' interponerà in oltre e l' autorità della Maiestà Cesarea appresso li Generosi Generali di Croatia e Schiauonia, che prestino il braccio nel cacciare quei loro sacerdoti, stimo, che con presta facilità la Sacra Congregatione riceuerà non poca consolatione con beneficio et augmento della fede Cattolica.

Questo è, quanto io posso dire in risposta così alla sfuggita, et informatione a Vostra Signoria Illustrissima, qualle facendo la mia douuta riuerenza, le baccio le mani. Trieste li 10. di decembre 1625.

Di Vostra Signoria Illustrissima et Reuerendissima deuotissimo, seruitore obligatissimo Renaldo Vescouo di Trieste.

P. S. aggiongo, se l' Imperatore terrà quel stile, che tiene con gl' Heretici, che si conuertono nel portarli e farli grandi, mi rendo certo, che giouerà non poco, perchè sono anco questi genti assai gloriosi.

In tergo: »Trieste li 10. decembre 1625. Il Vescouo al Nuntio di Germania: 1. Li popoli Vscochi del Monte Feletrio sparsi per le prouincie dell' Illyrico saranno più di 20.000 anime. 2. Sono di natione Valacli e Morlachi di Rito Greco, docili. E lo mostra per essempio d' un sacerdote Domino Martino Dobrouitio, che ne ridusse molte migliaia e con hauer anche la gratia di liberar gl' ossessi da Demoni. 3. Crede, che ui siano sacerdoti Greci Scismatici, perchè li Vescoui uicini e Massine il patriarcha d' Aquileia, non hanno di quei popoli cura. 4. Stima, che sarebbe bene di farli uisitar dal Vescouo di Zagabria, più uicino con buon numero di Religiosi idonei, e crede, che sarebbero a proposito li capucini della Stiria. 5. Si farebbe molto piu frutto, se l' Imperatore facesse dar il Braccio Secolare al Visitatori per cacciar li Sacerdoti Greci.

Die prima Junii 1626. Congregatio 57.[8]

(Archiv. De Prop. fide — I. Lettere di Germania, Colonia, Suizzera riferite l' anno 1626. vol. 66. f. 84rv et in tergo 84v. — Originale: Archiv. Sec.Vat. — Archiv Nuntiaturae Vienensis: Num. 8. 1626—1627. Iura et negotia diuersa sub Illustrissimo Domino Caraffa«; confer: Archiv Prop. fide Lettere Antiche vol. 70. f. 50r).

**Labaci** (Ljubljana) 1625. 31. Decembris. Ioannis[9] episcopi Labacensis informatio de »Uscochis et Valachis« data ad nuntium Apost. Viennensem Carolum Caraffa.

Illustrissime Princeps, Praesul Amplissime ac Reuerendissime, Patrone obseruatissime!

Illam Domini Nostri Iesu Christi, quam per admirabile Incarnationis suae Miraculum nobis apud Deum Patrem Misericordiarum ac Consolationis impetrauit efficacem gratiam in benedictionibus

[8] Sub »Prelato Greco« intelligitur hic episcopus Simeon Vratanja, qui Romae ante 14 annos catholicam fidem professus est. Quae circumstantia Renaldo omnino ignota fuisse videtur. Praeterea iste episcopus Tergestinus, fidem et ritum identificasse videtur, ita ut Uscochi propter ritum graecum, quem tenent cum suo episcopo et suis sacredotibus, reputarentur »scimatici«. — Argumentum relationis scriptum est manu Francisci Ingoli, qui postea secretarius Congregationis nominatus est, et hoc difficillimum munus obibat ab anno 1627—1634 tempore praefectorum Congregationis Ludovici Ludovisii, card. (1621—1632) et Antonii Barberini, card. (1632—1646), fratris PP. Urbani VIII. conf. Denis Paul. Nouvelles de Rome t. I. Paris 1913. — Quaestio soluta est in 57. Congregatine Cardinalium Sacrae Congregationis de Propaganda fide 1. junii 1626, uti infra scribam. Relationem Renaldi misit nuntius Romam ad Congregationem cum suis litteris 10. junii 1626.

[9] Ioannes Tautscher in »Serie eporum Labacensium« (Catalogus cleri 1909) numeratur octavus praesul huius sedis ab an. 1580—1597. Anno 1625. erat episcopus Labacensis Thomas Hren (1598—1630).

et praesidio Magnae matris Suae Virginis pro xenio et salute, ac quidquid ualet praeterea peccatoris in idipsum deprecatio et c.

Praetiosas suas 10. Decembris datas 21. huiusdem cum debita reuerentia accepi, ad quas humiliter quaue decet obedientia ac promptitudine hisce respondeo et in uerbo solitae ueritatis informo: Populum (cuius ad Crotiae fines ex Turcia profugi et adhuc sub Patriarcha Constatinopolitani obedientia existentis Sacra Cardinalium Congregatio de fide propaganda meminit, et Illustrissima Celsitudo Vestra, sub cuius reperiatur dioecesi, meane an Patriarchae Aquileensi, cupit certior reddi), non alium esse reor, quam Vscocos et Valacos, qui magno numero partes insident ertremas Carniolae Ducatus Zagabriam uersus, qui sub Ferdinando I., moderni Caesaris Auo gloriosae memoriae, ex Turcis et Graecia partibus ac regionibus ad Christianos prolapsi, in tantum aucti sunt, ut iusto cum exercitu ad bellum exire ac nostris) nisi Sancta Catholica Religione omnium gentium, linguarum ac nationum unico Vinculo tenaci prout firmissimo imbuantur et a Scismatico Patriarcha prorsus auulsi recedant) etiam terrori uel exitio esse possent. Quod auertat Deus ipse, Sancta Sedes Apostolica et gloriosus Imperator ac Rex Vngariae, partium illarum uerus et legitimus Dominus.

Hi tamen Vscoci et Valachi praefati nulibi locorum in mea dioecesi Labacensi, sed partim sub Patriarcha Aquileensi, quot finibus insident Carniolanicis, maior uero pars, immo maxima ac potissima illorum in districtu Episcopitus Zagrabiensis, scilicet in Croatiae et Sclauoniae regnis locisque limitaneis, ubi sub Caesareorum Ducum Vexillis et imperio subsunt ac contra Turcas militant, ab omni censu aut praestimonia liberi sedes sibi iam a tanto fecerunt tempore.

Quorum spiritualem animae desolationem miseratus ego sepiusque (cum Graecii Caesaris in Excelso regimine ab anno 1615. usque ad annum 21. inclusiue locumtenentis officiorum fungerer) mente reuoluens ac considerans, quanam meliori uia isti ad fidem Sanctam Catholicam traduci opportune possent. Incidit Deo authore consilium bonum, quod etiam cum eiusdem gentis et linguae pio Catholico Sacerdote Reuerendo Martino Dobriuitto bonae memoriae fructuose satis contuli. Is cum natus esset Valachus et studia sua etiam Theologica Graetii in Summi Pontificis Alumnatu absoluisset, missus fuit ad istos Contribules suos Valachos ad Sanctum Crucium (Križevci) et Capronium (Koprivnica) uersus in finibus Sclauoniae habitantes. Et suis concionibus, doctrina et Sacris Institutionibus magnam ibi fecit frugem Animarum ni tantum, ut Dei benignitas miracula per ip-

sum in infirmis operari uideretur. Sed postquam Spiritum Creatori suo reddidit, nihil de statu illic fidelium rescire potui aut progressu.

Cum Gens isthaec Barbara nullos alterius Nationis aut linguae sacerdotes absque mortis eis intentato periculo facile admissura uideatur, si Caesar committeret suo Generali Sclauoniae Regni aut Croatiae Carlostadiano, siue eorum subiectis Capitanes, qui Valachis istis praesunt, ut nomine Suae Sacratissimae Caesareae Maiestatis cum maioribus natu ac Vaiuodis Valachorum loquerentur benignius: Vt si quispiam eorum filios dociles haberet aptosque ad studia, fore ut ipse Caesar, Rexque Augustissimus ipsorum in curam absque ullo Parentum sumptu uel tedio susciperet. Hanc gratiam Valachi maximi facerent et facile agnoscerent se in memoria pretioque cum filiis apud Caesarem esse. Cum alias instar canum aut Beluarum inhumaniter a suis Praefectis miseri habeantur atque ex inde non paruum timendum est defectionis periculum.

Sic collecti ad minimum 12 uel plures quoque boni ingenii pueri aut iuuenes Valachorum possent in Alumnatu Graecensi, aliquot in Ferdinandeo pariter, alii ab Episcopis ac Praelatis Prouintiarum (Dei et aeternae retributionis intuitu) ad studia et sacerdotium successiue sustentari, postmodum ad Valachos curamque animarum (sicuti bonae memoriae Reuerendus Martinus Dobritius, canonicus Zabrabiensis) salubriter dimitti et omnis Patriarchae Constantinopolitani machinatio eludi penitusque excludi.

Perplacuit Dobriuitio praefato ac cuiuis alteri expositum consilium. Sed et ipsi tunc Serenissimo Archiduci uixque aliud in rem magis opportunum ac salutare poterit excogitare facile.

Et ne nuda faciam uerba, duos Iuuenes Nobiles Zegnienses magnae spei et expectationis ego suscepi et meis sumptibus ad Ferdinandeum hinc in hunc finem misi. Qui postea uita functi sunt premissi ad uitam beatiorem.

Sed et nunc pariter Turcorum filios duos: adultum unum, alterum septennem et ad studia aptum, ambos baptizatos Catholicos hic alo. Deus det Vela uentis, ut quod ipso inspirante fieri posse cogitaui, eiusdem gratia et benignitate aliquando perficiatur.[10]

Haec prolixius, quidem non omnia, affere Illustrissimae ac Reuerendissimae Amplitudini Vestrae scripta censeo, quam miseratio Saluatoris Sanctae Matris suae Virginis intercessione ac praecibus

[10] Episcopus Labacensis neque in primo, neque in secundo casu aliquid fecit pro iuvenibus ritus graeci slavici, quia in primo casu iuvenes erant quidem Uscochi, sed Segnienses latini ritus. In secundo casu erant duo filii »Turcorum«. Episcopus Labacensis voluit, ut omnes Uscochi ritum latinum susciperent.

Ecclesiae Suae Sanctae, Reique amicis et Clientibus saluam, sospitemque tueatur et conseruet aeternum Amen, Amen.

Data ex Veteri Mariana Episcopali Residentia Oberburgi Vltima Decembris 1625. Illustrissimae ac Reuerendissimae Celsitudinis et Amplitudinis Vestrae Humilis ac deuotus in Christo Iesu seruus I a o n n e s, E p i s c o p u s L a b a c e n s i s.

(Copia: Arch. C. De Prop. Fide: Lettere di Germania, Colonia, Suizzera riferite l' anno 1626. vol. 66. f. 87r, 86v, 87r; Originale: Arch. Secr. Vat., Arch. Nunt. Vien. No 8. 1626—1627. loc. c.)

Inscriptio: »Illustrissimo Principi, Reuerendissimo, Amplissimo in Christo Praesuli ac Domino, D. Carolo, Episcopo Auersano, Sanctissimi Domini Nostri eiusque Sanctae Sedis apud Sacr. Caes. Regque Mtem Romanorumque Imp. cum facultate legati di latere, Nuntii Apos. Opt. Digniss. dentur Viennae«.

Francesco Ingoli in folio 87v scripsit sequentia: »Mariana uecchia li 31. Decembre 1625. Il Vescouo Labacense.

1. Li popoli del Monte Feletrio sono Uscochi e Vallachi fugiti dalle terre di Turchi sotto.

2. Questi sono crescenti in tanto gran numero, che possono mettere insieme un esercito formidabile a tutta la christianità, se non uengono tenuti uniti a quella col uincolo della cattolica Religione.

3. Pochi di questi sono sotto Aquileia cioè qua di Carniola, e la maggior parte sta sotto il Vescouo di Zagabria in Croatia, Schiauonia e loughi uicini sotto di dominio dell' Imperatore.

4. Hauendo egli compassione di questi popoli fece, che Domino Martino Dobrouitio, Valaco Alumno del Collegio di Gratz lì andasse ad aiutar spiritualmente e fece molto frutto, accompagnando Dio le sue fatiche con miracoli sopra gl' infermi. Morto il detto Martino non ha poi saputo altro.

5. Propone un mezo per la conuersione di quei popoli cioè di pigliar 12 putti per mezo de Gouernatori dell' Imperatore per alleuarli nel Collegio di Gratz e nel Ferdinandeo per rimandarli poi instrutti alle patrie loro, come si fece di Domino Martino: perchè l' usar la forza con questi popoli, potrebbe cagionar qualche ribellione.

6. Ha presi egli due per alleuarli a sue spese, ma li morirono, prima d' arriuan alla perfetione. Adesso ha due figlioli di Turchi, che ua alleuando.

Die prima Juni 1626. Congregatio 57. (Romae Archv. Prop. fide Lettere Antiche vol. 70. fol. 50r, 50v).

**Romae** an. 1626. 6. Februarii. Duo decreta Congregationis de Uscochis Montis Feletrii.

Referente Illmo Cardinali C l e s e l i o statum Vschocorum Montis Felletrii in Carniola Sacra Congregatio:

Primo mandauit scribi Nuntio Germaniae, ut curet per Imperatorem praecipi Hermesto Pardaiser, Capitaneo dictorum Vscochorum, ut eiiciantur e dicto Monte Felletrio sacerdotes schismatici et latini fugitiui ei introducantur sacerdotes idonei, qui dictos Vscochos a schismate ad unionem et obedientiam Romanae ecclesiae reducant.

Secundo quoad petitionem praepositi Ruedolsfertiensis (Rudolfswert — Novo Mesto, Carniola) cupientis sibi concedi autoritatem Vicarii foranei et Commesarii super dictos Vscochos a Patriarca Aquileiensi, Sacra Congregatio iussit oratorem adire Congregationem pro negotiis Patriarchatus Aquileiensis peculiariter institutam. Congregatio 51. Die 6 februarii 1626.

(Roma Archivium S. C. de Prop. fide: Acta vol. 4. f. 15. num. 8).

**Romae** an. 1626. 14. Februarii. Praefectus Sacrae Congregationis de Prop. fide Ludovico Ludovisi, Card. dat mandatum nuntio Viennensi Carolo Caraffa, ut intercessionem suam interponat apud Caesarem, ut expellantur mediante capitaneo Paradeiser »scismatici sacerdotes« ex Monte Feletrio« utque eorum loca occupent catholici.

A Monsignore Nuntio di Germania. Oltra a quel, che fu scritto a Vostra Signoria intorno a gli Scocchi (Vscochi) del Monte Feletrio in Carniola, desidera questa Sacra Congregatione de Propaganda fide, ch' ella passi uffici con Sua Maiestà Cesarea, affinchè ammandi al Domino Ernesto Paradaiser, capitano de detti Scocchi, che scacci dal sudetto Monte Feltrio i sacerdoti Greci scismatici et i latini fugitiui, acciochè in luogo loro si possino introdurre sacerdoti Cattolici atti alla cura dell' anime e a leuar dallo scisma i sudetti Scocchi et a ridurli all' unione et ubbedienza della Chiesa Cattolica Romana. In questa nuoua occasione si promette la Congregatione la solita diligenza di Vostra Signoria et io per fine ... Roma 14. februaro 1626.

(Arch. S. C. de Prop. Fide: Lettere Volgari vol. 5. fol. 28.).

**Zagrebiae** 1626. 21. Februarii. Petri Domitrović, episcopi Zagrebiensis, informatio de Marčensi unito episcopo Simeone Vratanja, de eiusdem ascerdotibus, et de monacho Gabriele data ad Carolum Caraffa, nuniam apos. Viennensem.

Illustrissime Domine, Domine et Padrone mihi Colendissime salutem et deuotarum orationum mearum commendationem.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae litteras per meum Praepositum mihi pernotatas ea, qua potui, humilliatione accepi. Quidque

Illustrissima Dominatio Vestra mihi mandaret, ex eisdem intellexi. Mandato itaque eiusdem serio (uti debui) satisfacere sum adnixus. Vnde conferens me ad Confinia, ubi Valachorum in hoc regno existentium et potior pars consedit et in eorundem medio episcopus eorundem Simeon Vartana dictus residet. Hoc eodem episcopo ad me aduocato, eidem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae intentionem edocere uolui. Quantum attinet ad personam Episcopi, is ante annos proppemodum quindecim Romam sese contulerat, Sanctissimo quoque Pontifici Paulo Quinto se repraesentauerat, Sacrosanctae Ecclesiae Catholicae se subiecerat ac a Sede Apostolica benedictionem petierat, quam obtinuit ac ab Illustrissimo quondam, Cardinali Sanctae reminiscentiae Belarminio consecrationem Episcopalem acceperat. Inde demum ad meam dioecesim ac ad suos reuersus mihi ratione nouae erectae Abbatiae Sancti Michaelis Arcangeli datae authoritate Apostolica fuit subictus, relictus tamen per eandem Sedem Apostolicam in suo ritu Graeco, quem is et antea et omnis ista gens Valachica obseruauit. Huic omnes Valachi tam in mea dioecesi quam etiam Aquiliensi existentes obedientiam praestant.[11] Hicque Episcopus in obedientia Sanctae Sedis Apostolicae fidelissime hactenus praestitit, nec mihi de illo dubium ullum suboriri potest.

Hic Episcopus toti huic genti Valachicae more suo sacerdotes consecrat eosque in obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae continet, nec aliunde, signanter autem a Patriarha Constantinopolitano missos admittat, neque etiam mittentur. Potuit quandoque euenire, ut ex Turcia er diuersis Monasteriis Monachorum seu Calugerorum, lingua eorum sic uocatorum, Ordinis Sancti Basilii praetextu petendae eleemosinae uenirent, qui ubi aliquam ellemosinam accepissent, ad propria, redire solent. Hi calugeri, an aliquid moliri quandoque, aut expiscari soleant aut cogitent, haec in eorundem conscientiarum latebris latent. Non reticeor etiam annos ante sex aduenisse quendam Gabrielem,[12] qui se Episcopum dictitabat, uoluisseque gentem hanc ab obedientia et praefati Simeonis Vratana et per consequens a Sanctae Sedis Apostolicae auocare, uerum animaduertens hoc Simeon dictum Gabrielem bene claua more Valachico tractatmu ad suos redire coegit.

[11] Ex hoc contra omnes alias sententias Uscochos Sichelburgenses ab initio subiectos esse iurisdictioni Simeonis Vratanja constat.

[12] Hic Gabriel non est Gabriel Predojević, qui in episcopatu Marčensi Maximo Predojević tanquam monachus Marčensis monasterii (1642—1644) successit.

Quantum ad sacerdotes Valachicos attinet, ii uix aliquid aliud sciunt, quam sacrum more suo peragere. Sunt enim rudes, nec aliud praeter legere propria lingua norunt, neque enim apud illos scholae sunt ullae, in quibus filii eorum aut educarentur, aut instruerentur.

Unde euenit, ut et gens ipsa seu plebs tota sit rudis et agrestis nulisque moribus (nisi rarissimi, qui frequentius cum nostratibus conuersantur) exculta.

Haec erant, quae ad mandatum Vestrae Celsitusinis ex humili obsequio erant respondenda.

Datum Zagrabiae 21. Februarii anno 1626. Illustrissimae Celsitudinis Vestrae seruitor et cappellanus humillimus Petrus, Episcopus Zagrabiensis.

Verba inscripta: »Illmo ac Rmo D. Carolo Caraffae ex principibus Roccllae, Episcopo Auersano, abbatiarum SS. Vincentii et Albani perpetuo commendatario ac per Germaniam, Hungariam, Bohemiam, Styriam, Carinttiam, Carniolam et uniuersum Romani imperii districtum Nuntio Apost. et c. Dno et Patno colmo«.

(Archiv. S. Cong. de Prop. fide Roma, I. Lettere di Germania et c. vel: Lettere Antiche vol. 66. f. 56r, 56v, 57r. — Originale: Archiv. Secr. Vaticanum; Arch. Nunt. Viennensis: »No. 8. 1626—1627. Iura et negotia diuersa sub Illustrissimo ac Rmo D. Caraffa«).

Ibid. f. 58v invenitur: »Zagabria 21. febr. 1726. Il Vescouo. Da informatione conforme, a che si desidera del Vescouo e popoli di Valachia del Monte Feletrio. Quanto al Vescouo, quindici anni sono fu a Roma un Simeon Vartana, chi sottostando alla Santa Sede Apostolica, hebbe la benedictione dalla Santità di Papa Paolo V. di felice memoria e fu dall' Illustrissimo di pia memoria Cardinale Bellarminio consegrato Vescouo, restando sogetto a Sua Santità per causa d' una nuoua abbazia di Santo Michaele Arcangelo e fu lasciato nel suo rito Greco et sin qui è stato fedele alla detta Santa Sede.

Quanto a quei popoli, tanto quelli sogetti alla dioecesi di Zagabria, quanto all' Aquileiense, prestano obedienza ad detto Vescouo e uiuono alla Greca, conforme al qual rito sono ordinati e consegrati i sacerdoti tenuti del detto Vescuo in timore della detta Santa Sede, ne altri sacerdoti sono da altro luogo ammessi e pricipalmente dal patriarcha Constantinopolitano, se non certi calogeri, chi per passagio si fermano a domandar eleemosina, e sei anni sono, che ui passò un tal Gabriele, che si facea domandar Vescouo, pertrattana sedur il popolo, ma dal detto Vescouo fu fatto molto ben bastonare.

Quanto poi alla scienza delli sudetti sacerdoti, apena sanno al lor rito dir la mesa, ne sanno leggere, se non la lor lingua, non essendo in quei paesi alcune scuole per educatione de fanciulli, onde auuienne, che quella gente s' alluci cosi barbara e rozza. Die Prima Junii 1626. Congratio 57.« (Arch. de Prop. f. Lettere vol. 70. f. 51r).

**Viennae** an. 1626. 25. Martii. Nuntii Apost. Caroli Caraffae litterae ad Sacram Congregationem de Propaganda fide (ad Praefectum Card. Ludovicum Ludovisium) de Uscochis ritus Graeci Montis Feletrii.

Illmo e Remo signore mio patrone Colmo!

Non ho potuto prima di questo tempo esseguire il commandamento di una d'Vostra Signoria Illma dell' ultima d'ottobre prossimo passato circa il tratar con Sua Maiestà per hauer braccio per far una uisita di quel Popolo d' Vscocchi di rito Greco, che sta in Monte Feltro ne' Confini di Croatia sotto il Patriarca d' Aquileia in spiritualibus, essendo stato esposto alla Sacra Congregatione, che egli riceua li Parochi Greci dal Patriarca Sismatico di Constatinopoli, perch' essendo allora nella Dieta d' Vngheria in Edemburg et hauendo procurato hauerne distincta notitia di tutto l' sopra detto da alcuni Cattolici, che credeuo fussero pratichi in quelle parti, et hauuta la assai confusa e piena di mille pericoli, mi passe prima di parlar a Sua Maiestà d' hauerne diligente informatione dal Vescuo di Trieste, Vescouo di Lubbiana e Vescouo di Zagabria, uicini a detti paesi. Il Vescouo di Trieste e di Lubbiana mi risposero subito, com' Vostra Signoria Illustrissima uedrà dall' occluse copie. Il Vescouo di Zagabria si per la lontananza del Paese, come per le diligenze fatte da Vostra Signoria Reuerendissima sopra questo particulare, ha tardato tanto a rispondermi, che prima m' è sopragiunto il nouo comandamento sopra ciò di Vostra Signoria Illustrissima con la sua de' 14. di febraio.

Onde senz' altro aspettare parlai subito a Sua Maiestà, la quale mi disse, che se non mal si ricordaua alcune uolte era stato tentato di leuar detti Parochi Greci tanto dal Popolo di Vscocchi ò Albanesi, che sta nel Monte Feltro uenuto al tempo di Ferdinando primo, come da quall' altre, che stanno in Schiauonia et Croatia uenuti al tempo suo. Ma essendo detti Popoli antemurale di tutti questi Paesi contro Turchi, era stato considerato, che si correua pericolo, si rebellassero alli Turchi con danno irreparabile. Tuttania haueria ordinato, che dal Gouernatori di quei Popoli se ne pigliasse informatione per far poi tutto, quel che si potrà fare per seruitio d' opera così santa. E così è stato ordinato.

Doppo qual' ordine m' è sopragiunta là qui inclusa informattione di detto Monsignore di Zagabria, dalla quale scorgendosi non esser' uero il presupposito fatto alla Sacra Congregatione, di Parochi Greci, che si mandino colà dal Patriarca di Constantinopoli.

Supplico Vostra Signoria Illustrissima a comandarmi, se debbia (doppo uenuta l' informatione comandata dall' imperatore conforme a questa) far fare la uisita di detti Popoli stante la difficoltà per non

dire impossibilità di trouar' persona, che la uogli, possa e sappia farla per la barbaria di quei Popoli, difficoltà della lingua e forse ancora per non sdegnare il presente lor Vescouo confirmato della Sede Apostolica, quale partendo se potria caggionar' maggior danno non ui essendo altro da sostituirli.

Soggiungerò nondimento a Vostra Signoria Illustrissima con ogni debita riuerenza, che per aggiuto di quell' anime forse saria meglio di commetter' all' istesso Monsignore Vescouo di Zagabria, che senza dar' ombra s' informasse meglio dal sopra detto Vescouo di detti Popoli, del stato della lor Religione et in particolare degli abusi, per poter poi remediare, come sarà necessario. E per tal' effetto saria utilissima anzi necessariissima una particolare informatione della Sacra Congregatione a detto Monsignore di Zagabria, come si debbia gouernare in questo particolare, perchè sebene egl' ê zelante e letterato, nondimeno in cose simili non credo habbi quell' esperienza e theorica, che è necessaria.

In quanto poi per aggiuto di dette anime per l' auenire, l' espediente rappresentato da Monsignore Vescouo di Lubbiana stimo assai utile e buono, nondimeno di quello non ne tratterò senza nouo ordine di Vostra Signoria Illustrissima, alla quale fo humillima riuerenza.

Di Vienna a 25 di Marzo 1626.

A Illustrissima e Reuerendissima Vostra Signoria humillimo, obligatissimo et deuotissimo seruo.

Vescuo di Anuersa.

In tergo: 1. Argumentum literarum: Die prima Junii 1626. Congregatio 57.

Vienna 25. Marzo 1626. Monsignore Nuntio

Primo. Che doppo hauer hauuta informatione dal Vescouo di Trieste e Lubiana, ha parlato con quella Maiestà circa la uisita, che si desideraua nel popolo degli Uscochi di ritu greco nel monte feltrio, confine a Croatia, et ne ha riportato, che al tempo di Ferdinando Primo alcune uolte era stato tentato di leuare dal detto popolo i Parochi greci, et al suo tempo fu tentato di far il simile con quegl' altri, che stano in Schiauonia e Croatia, ma che essendo detti popoli l' antemurale dell' Imperio contro Turchi, si correa pericolo, che si ribellassero. Tuttauia la sudetta Maiestà ha ordinato, che dall' Gouerneri di quei popoli si pigli informatione.

2° che dopo l' ordine della sudetta Maiestà, gl' arriuò l' inclusa lettera del Vescouo di Zagabria, al quale hauea scritto per la medesima informatione e da quella si uede non esser uero, che in quei paesi si mandino parochi Greci dal Patriarca Constantinopolitano (vide intus).

3° desidera esser auuisato, se doppo, che sarà uenuta la sudetta informatione commandata dalla detta Maiestà, debbia far farla uisita di detti popoli; stante la difficoltà di trouar' persona, che la sappia ben essegire, per la barbarie e lingua di quei popoli, come per non indegnare il Vescouo di quei paesi confirmato dalla Sede Apostolica, quale se si partisse, non ui e altro habile da sostituirgli.

4° et ultimo — stimia, che per agiuto di quell' anime sarebbe meglio commettere al detto Vescouo di Zagabria, che con ogni destrezza s' informasse meglio del Vescouo di quei popoli, degl' abusi e loro religione dandogli buona istruttione, come s' hauesse in ciò a gouernare.

E molto lauda l' espediente rappresentato dal Vescouo di Lubiana in salute delle dette anime, del quale però non ne traterà senza nouo ordine.

Ad Illustrissimum Cardinalem Clesolium

2. Sententia Francisci Ingoli: »Persequatur cum Sanctissimo, Et hoc negotium non esse urgentissimum omnium. Ego putarem saluo etiam, quod deberet committi uisitatio episcopo Zagrabienst datis ei amplis facultatibus et isto tempore publicandi annum Jubilei una com episcopo, si adhuc catholicus perseueret. Nam fortasse hac occasione acceptissima Jubilei recipietur ab illis popolis ad uisitationem, ipsique cum timore gratia magis afficientur Sanctae Sedi Apostolicae.

3. Decretum Congregationis: »No 7°

Die prima Junii 1626. congregatio 57. Relatis litteris Nuntii Germaniae et episcoporum Zagrabiensis et Labaciensis et Tergestini circa Vscochos Montis. Feletrii in Croatia Sacra Congregatio nihil esse statuendum, antequam habeat informationem, quam Imperator a praefectis dicti Montis petiit

Al Nunzio di Germania.

Essendossi riferite lettere di Vestra Eminenza e quelle delli 3 uescoui Triestino, Labacense et Zagrabiense in materia degl' Vscochi del Monte Feletrio di Croatia, la Sacra Congregatio non ha uoluto far alcuna determinativa.

Circa la uisita di quei popoli, che essa proponeua, esser bene di commetter al vescouo di Zagabria prima d' hauer copia dell' informatione, che li capitanei del detto Monte manderanno all' Imperatore. Però, quando quella si potrà hauere Vostra Signoria non manchi di mandarla subito, acciò si possa pigliare qualche buon ripiego in negotio l' importante alla salute di tutte anime.

(Archiv. S. C. De Prop. Fide: I. Lettere di Germania, Colonia et Suizzera riferite l' anno 1626. vel: Lettere Antiche vol. 67 f. 53r, 53v, 54r, 54v, 55r, 55v).

Acta vol. 4. f. 60. n. 12.)

**Romae,** an. 1626. 6. Iunii. Congregatio De Propaganda Fide resistit visitationi episcopi Zagrabiensis in Monte Feletrio.

A monsignore Nuntio di Germania. Essendosi riferite nella Sacra Congregatione de Propaganda fide le lettere di Vostra Signoria e quelle delli 3 Vescoui: Triestino, Labacense et Zagrabiense in materia degli Vscocchi del Monte Feletrio di Croatia la medesima Sacra Congregatione non ha uoluto far alcuna dettermination circa la Visita di greci popoli, ch' ella proponea esser bene di comettere al Vescouo di Zagabria prima d' hauer copia dell' informatione, che li Capitani del detto Monte manderanno all' Imperatore. Però quando quella si potrà hauere, Vostra Signoria non manchi di mandarla, acciò si possa pigliar qualche buon ripiego in negotio tanto importante alla salute di così gran numero d' anime. Che et c. Roma 6. giugno 1626.

(Roma, Arch. Prop. fide: Lettere Volgari vol. 5. f. 107.).

**Viennae** an. 1627. Junii 16. Litterae Caroli Caraffae, episcopi Anversae, Nuntii Apostolici apud imperatorem, ad Ludovicum Ludovisium, Cardinalem Praefectum Sacrae Congregationis De Propaganda Fide de episcopatu Montis Feletrii, in quo visitatio canonca episcopi Zagrabiensis propter seditionem illus gentis, quae confinia Croatiae et Austriae defendit ab incursionibus Turcarum, non potest admitti. Seminarii in isto episcopatu non sunt instruendi, »perchè essendo gente barbara«. Unus sacerdos ex gente, qui ad catholicismum inclinat, nominandus est episcopus.

Illutrissimo e Reuerendissimo signore mio padrone Collendissimo!

